Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8957
Copyright: Melk, Benediktinerstift

culis reptus et sublevatus. multo eiulan-
tium comitatu domum usque delatus est. Il-
lic per noctem lugubres parentibus exequias
celebrantibus. ubi mane sacerdos debitum
humanitatis complere astitit. populus qui
aderat quia iam multa de signis et virtutibus
beate kunigundis viderat et audierat.
presentiam illius esse adesse non sine spe exau-
ditionis super hoc defuncto cogitabant.
Mirum in modum puer anularem digitum
movere cepit et stupentibus omnibus post
spacium quasi unius hore sanus surrexit.
Huius facti primum ipse sacerdos sub stola.
deinde milites octo sub sacramento ipso
puero in medium locato. cum omni frequen-
tia sue plebis testes ad nos fuerunt.

Puella septennis in barrochia lubersstat
cum ad fontem in caute hauriret infelici
casu submersa est. quam homines cum ad sua
cum crucibus nam dies rogationum instabat.
reversi fuissent. de fonte extinctam le-
vantes. post votum ad beate memoriam
chunigundis factum. quam dudum exanimem
lamentabantur. non sine laudibus divinis
viventem admirabantur. In hac
trium resuscitatione mortuorum. cum et alia
duo corpora ad invocationem eiusdem sci-
ssime imperatricis vite reddita verissima
testium approbatione et ipsorum presentacione sus-
citatorum cognovimus. quis non sancta trinitas
operata videtur. que secundum signa que ipsa fa-
cit. hec et his maiora facere postmodum suis pro-
misit. Illud quoque clarissimum claris-
simis regni primoribus coram astantibus celebre
super mirto factum sub oculis omnium me-
morie hominum non tradere indignum

duximus. Nam rem gestam ita per famulam suam
christus operari voluit clare. quod pene nullum
latere potuit. Inter multos qui eo tempo-
re tum gratia sanitatis. tum criminibus relaxandis
catervatim irruerant ad imperialem curiam
quam in eadem babenbergensi civitate phy-
lippus rex pro sui confirmatione. vitteri non
quod magis favorem sibi prestare credebat. propter
translationem corporis iam sepedicte virginis
indixerat. Mutus quidam servulus in ob-
sequio et comitatu probabilium virorum de bo-
gen advenerat. quorum vasa quia et ipsi pe-
nitentes erant portabat. Regina ad ec-
clesiam processura cum de more a clero solle-
mniter susciperetur. confusus interim populorum cla-
mor exoritur. non fausta morituro de-
nique homini. scilicet laudes imperatrici cum christo
suo iam viventi conclamantium. Testor
christum et eius apostolos. iste qui prius nullam ut pote
mutus linguam cognoverat. singulis ad interro-
gata singulorum lingua diserte respon-
debat. Quid autem referam de bruto ani-
mali. cuius innata sibi rapacitatis inglu-
vies dum predam rapuit. quasi nomen bea-
te chunigundis contra se invocatum sensisset;
a suo fervore quievit. Lupus dum circa cau-
las ovium vespertinus nature sue ingenio
versatur. parvulum ante fores in caute re-
lictum. sub ovinis pellibus prove abstractum.
lustris suis intulit. aliorum autem qui per
lupum territi fuerant. mater pueri
clamore excita. omnes cives suos com-
plosis manibus pectora tundens. mul-
tis eiulatibus in dolorem commovit. Omnibus
autem bestiam insequentibus ... instabat in
cassum iudicantibus. mater in ecclesiam